DILECTIS FILIJS

DECANO, ET CAPITVLO

ECCLESIÆ HISPALENSIS.

INNOCENTIVS P.P. XIIJ.

DILECTI FILIJ , SALVTEM, & Apoſtolicam Benedictionem. Non tam conſuetudini, quam veſtro in Nos Studio, cuius inſignes ſignificationes Nobis iſtàc poſt Luſitanam Legationem iter habentibus olim exhibuiſſe, jucundè meminimus, affatim reſpondent gratulationis officia, quibus manantem ex aſſumptione noſtra Lætitiam declaratis. Gratius idcircò Nobis accidit diſertum adeò conſtantis obſequij veſtri teſtimonium ſuſcipere, cui debitam benevolentiæ noſtræ vicem pro rerum eventu rependere non omittemus. Eius interim pignus Apoſtolicam Benedictionem, quam Deus gratiæ ſuæ donis cumulare dignetur, vobis, Dilecti Filij, peramanter impertimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem ſub Annulo Piſcatoris die XII. Septembris M.DCC.XXI. Pontificatus noſtri, anno primo.

Matthæus Haglionus.

DILECTIS FILIJS
DECANO, ET CAPITVLO
ECCLESIÆ HISPALENSIS.
INNOCENTIVS P.P. XIIJ.

DILECTI FILIJ, SALVTEM, & Apoſtolicam Benedictionem. Non tam conſuetudini, quam veſtro in Nos Studio, cuius inſignes ſignificationes Nobis iſtàc poſt Luſitanam Legationem iter habentibus olim exhibuiſſe, jucundè meminimus, affatim reſpondent gratulationis officia, quibus manantem ex aſſumptione noſtra Lætitiam declaratis. Gratius idcircò Nobis accidit diſertum adeò conſtantis obſequij veſtri teſtimonium ſuſcipere, cui debitam benevolentiæ noſtræ vicem pro rerum eventu rependere non omittemus. Eius interim pignus Apoſtolicam Benedictionem, quam Deus gratiæ ſuæ donis cumulare dignetur, vobis, Dilecti Filij, peramanter impertimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem ſub Annulo Piſcatoris die XII. Septembris M.DCC.XXI. Pontificatus noſtri, anno primo.

Matthæus Haglionus.